

AMPHILOCHIUS

SIDENUS EPISCOPUS.

NOTITIA.

(Oriens Christianus, tom. I, col. 998.)

Quinto Ecclesiæ sæculo celebris Amphilochius Sidensis fuit, ad quem Sisinnius CP. cum sua synodo, et ad Benerianum, alias Valerianum, Perges et alios utriusque Pamphyliae præsules anno 426, litteras scripsit adversus Massalianos, quarum inscriptionem Photius in *Bibliotheca* cod. 52 recitat. Sed harum mentio quoque est in Ephesina synodo col. 809. Aduit porro Amphilochius Sides concilio illi generali Ephesino primo, in quo sententiam dixit contra Nestorium, fidemque catholicam confirmavit. Anno 449 in spuria synodo Ephesina altera cuncta pro impii Dioscori votis confecit: quod tamen male gestum emendare visus est post biennium in concilio Chalcedonensi, suffragio suo Dioscori destitutioni damnationique consentiens; sed et actione præsertim 6 decretis a synodo sancitis subscripsit. Etsi enim nomen ejus in subscriptionibus Græcis abest, ut et aliorum complurium, attamen legitur in earum Latinis exemplaribus: *Amphilochius episcopus Sidæ definiens subscripsi*. Anno 457 ad ipsum Leo Augustus sacras litteras misit, ut ad metropolitam alios, sententiam ipsorum quærens de nece S. Proterii Alexandrini, necnon de Chalcedonensis concilii auctoritate, *Amphilochio reverentissimo episcopo Sidæ*. Evagrius, lib. II *Hist. eccl.* cap. 3, ipsum solum ex omnibus imperatori sic rescripsisse ait, ut, cum Proterii interfecti facinus improbaret, Chalcedonensem tamen synodum non admitteret. Eulogius vero Alexandrinus apud Photium cod. 229 testatur eum subinde concilii definitionem iterum amplexum esse.

FRAGMENTUM (1).

Amphilochii Sideni, quem solum intrepido animo fuisse ferunt, epistola contra synodum scripta ad Leonem imperatorem (2).

Ἀμφιλόχῳ τοῦ Σίδης, ὃν φασὶ μόνον ἀπροσπα-
θῶς καὶ ἀδελῶς ἔχειν ἐν τῇ συνόδῳ, ἐκ τῆς κατ'
αὐτῆς γραφείσης ἐπιστολῆς πρὸς Λέοντα τὸν
βασιλέα.

Confugient ad quosdam præceptores qui duas naturas prædicarunt.

Καταφεύξονται γὰρ εἰς τινὰς διδασκάλους δύο
φύσεις εἰρηκότας.

(1) Mansi *Concil.*, tom. VII, col. 839.

(2) Scripsit igitur hic Amphilochius contra syno-

dum ad Leonem imp., cujus rei nulla mentio, quod ego sciam, apud ecclesiasticos scriptores. MANSI.

INDEX ANALYTICUS

IN

EPISTOLAS ET HOMILIAS S. CYRILLI.

(Revocatur lector ad paginas editionis Joannis Auberti quas typis grandioribus expressimus. — Littera A epistolas, B homilias designat.)

A

Abel et Cain oblatio diversa, B, 116.

Abrahæ vivendi ratio, B, 47. Abrahami historia per al-
legoriam explicata, B, 50 et seq. Abrahami sacrificium,

B, 55. Abrahamo facta promissio quem attingebat, B, 51.
Abrahamum sibi patrem adoptant fideles, B, 53. Abra-
ham unde oriundus, B, 57. Abrahami erga filium unicum
amor a Deo incenditur, B, 55. Abrahami historiæ deli-
neandæ ratio, A, 131.